

In einer Rede vor dem Volk erinnert Cicero an die ungeheure Bedrohung durch die Piraten und die großartige Leistung des Pompeius, der Rom von dieser Gefahr befreite.

Quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hos annos? Quod vectigal vobis tutum fuit? Quem socium defendistis? Cui praesidio classibus vestris fuistis? Quam multas existimatis insulas esse desertas, quam multas urbes sociorum aut metu relictas aut a praedonibus esse captas?

Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longe a domo bellare et sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Mercatoribus mare tutum non fuisse dicam, cum duodecim securis in praedonum potestatem pervenerint? Cnidum aut Colophonem, nobilissimas urbes, innumerabilesque alias captas esse commemorem, cum vestros portus atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestate sciatis? Nam quid ego Ostiense incommodum atque ignominiam rei publicae querar, cum prope inspectantibus vobis classis ea, cui consul populi Romani praepositus esset, a praedonibus capta atque depressa est?

Pro di immortales! Tantum lucem incredibilis ac divina virtus unius hominis tam brevi tempore afferre rei publicae potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, nunc nullam intra Oceani ostium praedonum navem esse audiatis!

Hilfe zu den im Text unterstrichenen Wörtern:

Z. 5	longinquus: weit entfernt
Z. 7,9,11	dicam/ commemorem /querar (dubitative Konjunktive): soll ich...?
Z. 7	securis, is f: Beil (hohe römische Beamte wurden von Liktoeren begleitet, die als Symbol der römischen Amtsgewalt Beile trugen)
Z. 8	Cnidus, i f./ Colophon, onis f. (Städte in Kleinasien)
Z. 9	atque (hier): und zwar
Z. 10	vitam ac spiritum ducere (Cicero spielt hier darauf an, dass Rom auf die Getreidelieferungen aus Sizilien und Afrika angewiesen war)
Z. 10	ostiensis, e (Adj. Zu Ostia): bei Ostia (Hafenstadt Roms)
Z. 14	homo (gemeint ist Cn. Pompeius)